



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesin Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

I. De Primogenitis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

IIII. De *Æmulatione inter fratres*

V. *Imago gubernationis & defensionis Ecclesie, que in hac vita exulat, sicut Iacob in terra Canaan in Mesopotamiam peregrinari cogitur.*

I.

PRIMOGENITI.

SVpra audiimus Primogenitos habuisse in Scerdotij, & regni, & hereditatis dupla portione accipiendæ.

Fuerunt autem in populo Israël omnia primogenita Deo dedicata, propter Sex causas, quas loco studiosis recitabo, sicut me eas ex præcepto nostro Philippo semel in die purificationis Martini memini audiuisse.

Prima est, Vt per istum ritum homines commiserent de sua seruitute, das sie Gottes leibeig sind, quod sint proprij & serui Dei.

Secunda Vtilitas, Quia Deus uoluit primogenitis pecorum, & pecunia, qua redimebantur hominum primogenita, ali Sacerdotes, ut ministerium conseruaretur.

Tertia, Est sapientia spiritualis. Vt agnoscamus omnia nasci & prouenire Deo secundante, & ei gratias agamus, ac obediamus.

Quarta, Correlatiua. Omnia primogenita seu primitiæ sunt dicatæ Deo. Ergo prima cura debet esse de Deo, ut dicitur, Primum querite Regnum Dei.

Quinta, Iste ritus erat commonesactio, de interfectis primogenitis Ægypti, & miranda liberatione populi.

Sexta & omnium summa, Vt significaretur futurum esse, ut nascatur CHRISTVS filius Dei, primogenitus omnis creaturæ, & primitiæ ex mortuis, summus Rex & Sacerdos in Ecclesia, & heres omnium bonorum æterni Patris,

II.

Supra Capite Quarto audiimus Ecclesiam Dei non alligatam esse ad primogenituram, nec dari benedictionem & hereditatem à Deo promissam propter ullas carnales prerogatiuas, ut Iohan. 1. dicitur, Qui non ex sanguinibus, nec ex uoluntate carnis, nec ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt. Item Rom. 9. Non filij carnis sunt filij Dei. Etsi igitur in Isaac hæret opinio, filium Esau fore heredem, quia erat primogenitus, sicut Adam existimabat Cain primogenitum fore columnam Ecclesiæ, tamen Deus eligit Iacob, qui etsi norat communi iure gentium,

d 3 ad se